

P V I S

1 6 1 1



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Ec. 50.





*Amplissimo & Prudentissimo viro,*

**DN. CHRISTIANO**

**CHRISTIANO, INCLUTAE**

Reip. Stendaliensium Consuli, I.C. & P.

excellentissimo, amico & fau-  
tori meo colendo.

S. P.



Onne læter, Amplifs. vir, imò gratu-  
ler patriæ meæ, eam non tantum ab omni  
barbarie prorsus repurgatam, sed adeo et-  
iam esse evectam, ut paucissimæ hac tem-  
pestate in universo Marchidis ambitu ci-  
vitates reperiantur, quibus non certare possit? Verè e-  
nim in illà redivivâ quadam fecunditate, antiq̃ua litte-  
ratura, in nitoris sui decus repullulascit. Mores patriæ  
si spectes, quid illis coltius? Humanitate civium quid  
blandius? Et Mehercules propter istas rationes in illa  
vivere an non hætenus dulcius fuit? Neq; satis mirari  
potui ingeniorum subtilitatem, & judiciorum incre-  
dibilem & inauditam penè acrimoniam! In patriæ ve-  
ro laudes copiosius excurrere, modestia prohibet, &  
laudari in os ingratum est. Immo ipsamet, ut spero, ab-  
unde se commendabit, ut mea opera hac in re parum  
indigere possit. In tanta autem doctissimorum viro-  
rum copia T.P. facile principem obtinet locum, & Mu-  
sarum destina non infirma existit.

Hinc

Hinc propter singularem tuam erga me benevolen-  
tiam, meditationes hasce, sub nominis tui tutela tan-  
quam Ajacis clypeo tectas, in ora hominum prodire,  
tibiq; adscribere & commendare volui. Hoc saltem  
rogo, ut in eam accipias partem hunc qualemcumq; li-  
bellum, in quam accipiendum eum suadet candor & vir-  
tus tua: Qui si incolta est & incocta, ut metuo, presenti  
studiorum meorum conditioni imputes: Si nimium bre-  
vis, temporis injuria. Quibusdam adridere: quibusdam  
condolere cupio. Omnibus si saperent mei lusus: pro-  
miscuæ malivolorum turbæ saperent. Sed iniquiora  
aliorum judicia, ut spero, mitigabunt tempora. Tibi  
& tui similibus non paucis placere gestio. Vale, meque  
favoris tui radio inlustrare non desistas. Plura non  
desiderabo. Stendaliæ Palæo--Marchicorum Mense  
Febr. Anno DOMINI Co.

*Barptolemeus Bilovius à Bilov, March.  
Sacri Later. Palatii Comes.*

## AD CHRISTIANVM

CHRISTIANVM PATRIAE

Consulem, J. C. & P. CL.

**M**agna quidē magnis debentur, parvula parvis,  
CHRISTIANE, Aonidū fama, Themistos a-  
Ast juvenilis adhuc exile Camēna retrahat, (mor:  
Et fingit venæ pauperioris opus.  
Attamen imbellis strepitum rogo suscipe musæ:  
Optato melior tempore clangor erit.

A 2

Ad

Ad Christum Salvatorem.

**C**urrat ad extremam mea vita miserrima metâ,  
Tempus & illius pro breve restat adhuc!  
Da pie CHRISTE piè moriar: demigret ad astra  
Spiritus, unde ortum ceperat antè suum.  
Dele errata, tuum fac justus ut ante tribunal  
Sistar, & aetherij conspiciam ora patris.  
Et concede mihi placidos in funere somnos:  
Ne rodant cineres turba maligna meos.  
In celis tibi sic dignum cantabo melisma:  
Et tuus aeterno lumine cantor ero!

**DURAT ET LUCET VIRTUS**

Symbolum Danielis Printzij à Buchavv,  
Sac. Cæs. Maj. Confil. & C. Pal.

**S**unt quos fortuna variabilis aura gubernat,  
Objectum nequeunt qui superare malum.  
Munera & exstructi quis pondera despicit auri,  
Damnat & Eoi ditia regna maris?  
Unica sed virtus gemmis magè lucet & auro,  
Stellarum superat sola nitore jubar.  
Durat & aeternis hæc non moritura triumphis,  
Durat & invictâ stat solidata fide.  
Flumina ne Lethes subeant, aeterna corusco  
Cultores virtus ornat honore suos.  
Hæc lethi dudum subjectos liberat umbris,  
Et vitæ donat munere ritè frui.

Inter

*Inter honoratos hæc collocat unica dignos  
Indigetes, scandit sidera, temnit humum.  
Hanc polcer comitatur honos, & gloria vivax,  
Post cineres laudem posteritatis alit.  
Hanc, quicumq; sapit, generosa mente sequatur,  
Et bona divitijs nobiliora petat.*

**IOH. MATTHAEO VVACKERO**  
à Wackenfels. I. C. Cæs. Confil. C. P. &  
Poetæ ingeniosiss.

**M**irificè vestris sum delectatus **OCELLIS!**  
Præclarum Domine lumina lumen habent!

Ad Lectorem Amorum suorum.

**Q**uisquis es, hunc librum qui perlegis, optime  
Lector,

Pectus ut ex solvas suspitione rogo.

Non mea Musa levis scurrileis concinit igneis,

Qualeis Bilbilici carmina vatis habent.

Concessos castæ Veneris decantat amores,

Inq; meo nullum carmine crimen adest.

Illicitos alijs lusûs ea linquit & igneis,

Erga me nutrit quos Rhodomella, probat.

Ergo tuo versus æquo candore valebunt,

Si faveas lecto carmine, vive, vale.

Ad Amicum Calendis Ian.

**A**nus abit vetus, & Jani rediære Calendæ:

Hac tibi sit felix lux sacra, faustamibi.

A 3,

Suffin

Inter



*Sufficiat numeris lusisse & amore vagari:*

*Ficta puella movet, sed magè viva fovet.*

*Vir dilecte, parens meus esto: in amore fidelis,*

*Da precor optata virginis igne fruam.*

*Fac mihi concilies roseam, Patrone, puellam,*

*In me ne vetitas flamma alat ulla faceis.*

*Mellia, crede mihi, lux tantum ferre repulsam*

*Conciliatorem non in amore sinet.*

*Ad Andream VVencelium S. Th. D. &*

*Poetam Nob. Cæs.*

**N***unc iterum in lucem prodit RHODOMELLA*  
*coruscam,*

*Et specie voltus candidiore nitet.*

*VVENCELI, precor, ut post dura negotia rerum,*

*Hæc metra casta probes, atq; probata legas.*

*Dum castos casti probat auctor amoris amores,*

*Melle fluens castum lux mea carmen amat.*

*Nonne fuere olim pars præstantissima vatum,*

*Qui Venerem numeris implicuere suis?*

*Cur sua non hodie restaret fama Poetis,*

*Qui casto Veneris carmine dona canunt?*

*De Ocellis Iani Lernutij Belgæ Poetæ*  
*elegantissimi.*

**C***armine fert Musas; Charites fert pectore;*  
**OCELLIS**

*Insidunt Veneres; occupat ora lepor!*

*Ad*



Ad Christum.

**I**ndignum ad summos me *CHRISTE* extollis  
honores;

Cor q̄ tuum miro flagrat amore mei.

Quid tibi pro tanto mea Musa rependet amore?

Certabo sacris nocte dieq̄ modis.

Ad M. VVolfgangum Amlingium Th.  
& Poetam CL.

**C**andide Pieridum, *VOLPHGANGE*, DEIq̄  
sacerdos,

Cui cura est *CHRISTI* fama hominumq̄ sa-  
lus:

Quae Mihi monstrasti nivij argumenta favoris,  
Sint rata, & effectu sint onerosa suo.

Pondus habent tua dicta, nec est promissio vana:

Fida etenim Aonidum pectora fidus amas.

Si qua meis quondam continget gratia Musis:

Ornabo Spartam non sine laude meam.

Ad Gulielmum Bokelium, Med. D. & Physi-  
cum V. Marchiae, Poetam non in-  
doctum.

**S**plendida lux Charitum, duplex carbuncule  
Phæbi,

*BOKE LI*, amicitia bella corona mea:

Quòd tibi, quòd paucis alijs placeam, atq̄ malignis  
Invidiâ feriar, gratulor inde mihi!

Dedecus est placuisse malis, laus displicuisse:  
Maxima laudatis laus placuisse viris!

Ad Daniele Schallerum, Ecclesiæ Stendal.  
ad B. Virg. Pastorem.

**H** Aut equâ, vereor, toleres ne mente, columbis  
Inserui quod te, vir Reverende, meis.  
Forte an aut aliquis, cernat qui talia, livor  
Rem demiretur voce loquace novam:  
Quid facis in spurco gemma ô generosa fimeto,  
Si reputat vulgus carmina nostra fimum?  
Splendorem concede tuum; caligo recedat:  
Heu mea, fulgor abest si tuus, umbra perit!

Ad Christum.

**A** Mbivi castam castissime CHRISTE puellam,  
Quam cecinit castis casta Camena modis.  
Hanc quoniam in terris mihi vis divina negavit.  
Æqua voluntati sint mea vota tue.  
Fulgebo in celis majori Sponsus honore:  
Quâ dabitur capiti viva corona meo!

Ad Iohannem Kratium, Stendal.  
L. L. Licent.

**A** bsentem quando, KRATI, defendis amicum:  
Rem dignam præstas nomine amicitia.  
Præsentem contra laudat pars plurima: carpit  
Absentem: ficta est talis amicitia.

Ad

Ad M. Simonem Grunæum Ligium,  
Th. & P.L.

**F**loret adhuc tuus, in primis qui floruit annis,  
Florcat, & nullo tempore cesset amor.  
Ingenij quondam juvit te intendere vireis  
In lusus Veneris, quos pia Musa probat.  
Felix qui Domina fidos expertus es igneis,  
Felix qui duplici semper amore flagrat.  
scilicet Aoniæum primum qui tangitur igne,  
Deinde fruens Nymphis, non sine fruge sapit.  
Blande Poeta diu vivas, tua Blandula vivat:  
Et blandos videas hoc in amore dies.

Ad Christianum Christianum Patriæ Confus  
lem J. C. & P. CL. De Stendaliæ appellatione.  
Stendal quasi Etende all.

**S**TENDALIS unde suum deduxerit incluta nomē,  
Historicum, ut moveat bella, senatus habet.  
Meibomius lapidum de valle hanc esse vocatam  
Autumat: hanc caret hac pondere causa suo.  
De procerum verò pars hanc contraria dictam  
Valle putat, docti plurima turba gregis.  
Quod statum huc omnis quondam confluerit ordo,  
Stendalis inde suum (cei puto) nomen habet!

Ad Daniele Schallerum, Plav. Var. Th. CL.

**Q**uod Mihi sis Fautor quis me dubitare juberet?  
Dispeream, si non te quoque rursus amem!

A 5

Ferrius

Ferrius hic esset, qui non redamaret amante?  
Quamti Me facies, tamti ego te faciam!  
Si constans in amore mei, SCHALLERE, manebis,  
Ut spero, ut quæ mihi est sat tua nota fides:  
Artis amator ego nervis sudabo profusis,  
Orbis ad Antipodas ut tibi nomen eat.  
Et licet antè satis virtutum laude corusces,  
Scribta tibi clarum per mea nomen erit.  
Forma cadit, gemmæ pereunt, corrumpitur aurum:  
Colta Poetarum vivere Musa facit!

Ad Amicam.

Non te mordaci perstrinxi carmine, amica.  
Exauget flammæ ira in amore novas!

AD CHRISTVM.

In cruce supplicij faciem qui passus acerbam,  
Ludibrium populi factus & obprobrium;  
Et peccatorem Stygiâ de valle redemptum  
Junxisti ætherijs cœtibus atque DEO:  
Fac mihi quotidie tua quò sit passio cordi,  
Corporis & mediter volnera quina tui.  
Infernaliam ne rursus demittar ad antra,  
Sed maneam regni portio viva tui.

In mores volgi.

Sic homines sunt adfecti: vexare paratus,  
Imperium in cunctos quisque tenere cupit!  
Excipere ast ictus, & spicula jure retorta,  
Difficilis labor est, cui comes ira venit.

Ad

Ad I. S. Amicum.

**Q**uam commendavi tibi, vir dilecte, puellam,  
Dives & egregijs dotibus aucta micat!  
Optares talem sociali fœdere Nubtam!  
Est mihi consilij plurima caussa mei!  
Crede mihi, infelix hæc nunquam tæda futura  
est!

Conjugij fructus experiere tui!

M. Iosepho Goezio Iegerndorfensi  
Sil. Sch. Stendal Reçtori.

**C**ogimur ancipitis varijs succumbere telis  
Fortuna, & rerum mille subire viceis!  
Opto, **F O S E P H E**, tibi melioris gaudia sor-  
tis,

Gratior & rebus videat aura tuis.

Auguro: **F O V A** brevi mutabit tristia letis:  
Si fiet, me non ex animo eijcias.

Ad Petrum Prætorium Stendal. Poligra-  
phum patriæ Sup. & N. P.

**F**inibus, ut tecum dicunt proverbialia, rarò  
Acceptus patrijs esse Poeta solet.  
O felix patriam qui moribus auctus & arte  
Linquere, & hanc extra consenuisse potest!

Ad Nicolaum Wernicken, Iuniorem, Ci-  
vem Stendal.

Semper

**S**emper aperta mihi tua mens fuit: *Itala rura*  
*Ut peterem, fidus tu quoque, suator eras.*  
*Res bene successit! optas mihi fausta reverse,*  
*Ut que eat in thalamum dives amica meum!*  
*Si pia fata velint; fatis parebo: puella*  
*Auctet honoris opes dives honore mei!*

Ioachimo Fatmano Civi Stend.

**S**eu mittat pluvias, seu terram Sole Serenet  
*Juppiter, hanc cunctis ille placere solet!*  
*Que nostras igitur vexat dementia mentis,*  
*Omni bus adfectant dum placuisse viris?*

Ad Amicum & Amicam.

**N**on ego, ceu rumor fingit, vos carmine laesi:  
*Qui fuit, hic omni tempore duret amor!*

Ad Danielelem Schallerum Var. Th. Stend.

**C**elica conspicua resonas dum dogmata voce,  
*AEdibus in sacris buccina clara DEI:*  
*Stemmata si nullo, SCHALLERE fidelis, ob hanc rem*  
*Conveniens tribuit nomen Jova tibi.*

Ad Ioachimum Prætorium Osterburg. S. Poel.  
Candid. Patriæ Civem.

**C**um tibi non desint Phœbæa in carmine vires,  
*Cur cessas Clariam sollicitare chelyn?*  
*Istum corde tuo, PRÆTORI, pelle pudorem,*  
*Et tua fac serâ posteritate legi.*

Nil

*ura*  
Nil te dementis moveat sententia vulgi,  
Quò minus in ceptâ progrediâre viâ.  
Et licet invidiâ te verberet osor in arce  
Eoâ, patria tu tamen adde jubar!  
Livida quem refugit tabes, emergere nescit:  
Hinc virtute tuum crescet, amice, decus!

In Subfannatores.

**D**eridens alios qui spernit & usq; laceffit,  
Ludibrium populi fiet & obprobrium.

Ad patremfamilias.

**E**xoptas, ut te benedictio dia sequatur,  
Et tua florescat plena salute domus:  
Sis pius, & verbi complectere honore Ministros:  
Sermones audi non sine fruge sacros.  
Luce sacrâ & quavis non solus visito templa;  
Sed tua sit JOVAE. dedita tota domus.

Ad Danielelem Schallerum.

**Q**uòd sis pacis amans, testatur publica fama:  
Ipse quoq; ardentem munera pacis amo.  
Adlarrare meos si quis tamen audet honores:  
Pro famâ pietas induit arma meâ!

Ad vulgus.

**I**n celebri nuper puerum fanaticus error,  
Ceperat urbe, puer qui molitoris erat.  
Per tres fortè dies, incerto Flamine ductus,  
Absuit: illesus transijt Albis aquas.

*Postea*

Postea hic esuriens notasq; reversus ad aedeis,  
Narrat inauditis mirima multa modis.  
Ductus in infernam, vivos quod viderit, aulam,  
In celo angelicos audieritq; choros.  
Talibus haut tantum credit stultissima vulgi  
Plebs: adhibent plures his levitate fidem.  
Quis furor est, mendaci homini puerisq; tenellis,  
Plus quam veraci credere velle Deo?  
Illius aeternum cupis haut admittere verbum,  
Talia vesano somnia corde rapis!

Ad I. F. Amicum.

Qui praeter meritum te ridet, & usq; molestat,  
Adlatratq; tuum nomen, hic est nebulo!

Ad miserimum quendam Clericum in B.

Cum canvi va tuas accedo rogatus ad aedeis,  
Apponis, panem praeter, amice, nihil:  
Meq; mones toties, ut vescar munere panis;  
Nec sunt huic Cereris munera juncta cibo!

Natura satis est parvissima portio: victus  
Conducit stomacho non tamen iste meo.

In Album M. Ioach. Praet. Sehuf. Sch. Rupin. Rect.

Non tibi, quaeposcis, dextra, IOACHIME, recuso:  
Cui jungo cordis viscera fida mei.

Ad quendam amicum.

Os unum tibi IOVA dedit, quò pauca loquaris:  
Auris, ut audires plurima, bina tibi!

Ad G. Martinium à Baldhofen Sagan, Sil. Poet.

Nob. Caf. & L. L. G.

Iudicio



Judicio si nostra tuo meliora putantur  
Carmina, iudicio sunt bona, Phœbe, tuo!  
Quod, MARTINE, probas, hoc comprobat ipseus  
Ingenio tantum iudicioq; vales! (Apollo:  
Georgio Schonbornero Sil.P.L. & N.P. Cæs.

Formosi cultor fontis, formose GEORGI,  
A quo Pierides nobile nomen habent:  
Impiger Astræâ pugnas quoq; miles in arce  
Acriter, & legum discis amare decus.  
Invida si vitæ minit abitur aura ruinam,  
Non te destituet florida fruge Themis.  
Testetur studium hoc quantos tibi juris, alumno  
Successus dederit, plura daturus, amor.  
Tucave Pierio ne te trahat error ab amni:  
Quem Themis addet, honor, polcer amoris erit!

Matthiæ Polenio Sil. LL. Candid. & Poetæ eleganti.  
Cuncta vigent, ubi jura vigent, pietasq; fidesq;  
Pax, requies, virtus, gloria, nomen, honos!  
Cuncta silent, ubi jura silent, & cuncta labascunt,  
Pax odijs, virtus crimine, fraude salus!  
Et laudum titulis & nomine donat & auro,  
Fautoriq; favet juris, amica Themis.  
Tu Themidos colis imperium, colit illa vicissim,  
Te POLENE boni spes bona & alma patris.  
Ipsa docet presens doctis collatio dictis,  
Quantum per Themidos te penetraris opes.

In Album Ioach. Schulteti Hamburg. Med. Cand. in A.  
cad. Iuliâ.

*P*oscis Amicitia libro ut addam signa: quid addâ,  
Nescio, cum dextrâ cor tamen addo meum.

Lucae Gillero Oppav. Sil. Med. Stud. in  
Acad. Helmstad.

*Q*uandò Machaonijs studijs addictus, inheres  
sponte tuâ Medicis nocte dieq; libris:

Colligis egregios flores in Apollinis Horto,  
Vnde tibi in senio plurimus usus erit.

Pæonias Lucâ tractare fideliter artes  
Non cessa, atatis dum vigor iste finit.

Vt quondam vitam reddas morientibus agris,  
Mirificâ miscens pharmaca docta manu.

Sic & Apollinij fies pars magna Senatûs:  
Dulcescet, durus qui fuit, iste labor!

Ad Iacobum Bilovium Stendal. Art. Stud. in Acad. Vi.  
teberg. Fratrem germanum.

*F*Rater, ad Albiacam nuper qui missus es urbem,  
Ut redeas sacrâ coltior arte domum:

Tempus inutiliter ne perdas: impiger at sis  
Intentus studiis, post pia vota, bonis.

Si tua ages ( & me dubitatio nulla movebit! )  
Sic poteris patrie commodus esse tuæ.

In Album quorundam amicorum.

*N*on tutum est, multis cinctum usq; sodalibus esse:  
Qui sapit, hic paucos deligit, atq; bonos!

AD CHRISTIANVM CHRISTIANVM

Stendal. Patriæ consulem.

**Q**uæ prius hæc adeò multis inclaruit oris,  
Nec Mæcenatum nobilitata sat:  
Consule Te magnum nacta est Stendalia nomen,  
Atq; polum Fame pulsat utrumq; rotis.  
Purior adcrevit pietas, crevere Camæna:  
Decrevit volgi vana superstitione.  
Præclarè de te Respublica tota meretur,  
Nec tua posteritas facta silebit. *Have!*

Ad Theoricum Rodetidichium Werbenatem Poëtam  
tam non volgarem.

**C**andor amicitiam firmat conservat & auget:  
Suspicio & fucus sæpius hanc dirimit.  
Hinc quia non ficto cordis me percutis igne,  
Judico te nostra lumen amicitia.  
Vive decus patriæ, tua vivat amabilis uxor,  
Et mille in senio det tibi delicias.

Ad M. Ioannem Vincelbergium Gvardaleg. Prof.  
Goldberg. Poëtam doctiss.

**H**ic ubi fatidici stant celsa palatia Phæbi,  
Lauriger & Musas amne Viadrus alit;  
Dij! VINCELBERGVS Senonum de gente vetusta  
Ortus, Apollinias promere pergit opes:  
Lumina dum cantat numeris veneranda Lycèi,  
Ad citharam alterno per sola pulsa pede.

B

*Excelsus*

*Excolta ludunt Charites, viridesq; Napæ,  
Arboriq; tenax montis Oreas havet.  
Fonticulo exsultat Xyloës, miratur & ejus  
Formosi laticis Najas alumna modos.  
Numina sic nivij candoris amantia Musæ  
Utatibus ingenium letitiamq; creant.  
Perge sodalitiij ꝑ ANE ò pars maxima nostri,  
Laude tuâ dignos tollere laude viros.  
Decerpes laudum fructus: tua fama manebit,  
Pieridum donec gloria montis erit.*

*In Tumulum Iani Cotteritij Eq. Sax. & Poëtæ  
Coron.*

***H**Eic heic siste gradum cursu celer oro viator,  
Hic sub Cottricij marmore membra latent.  
Quo cum figidulus jacet omnis lusus amorum;  
Et Veneres, nec non ordo decens Charitum.  
Huic tumulum thalamo pro dulci Parca paravit,  
ꝑ lacrumans cineri tura ministrat Amor.  
O fortunatum marmor! felicis omni,  
Tu tegis in terris quidquid amoris erat!*

*In Album quorundam amicorum.*

***N**on tutum est multis cinctum usq; sodalib. esse:  
Qui sapit, hic paucos deligit atq; bonos.*

*Ioanni Bechrero Erphord. in Logicis differenti.*

***B**ECHRERE, ingenuas meditare fideliter arteis,  
Sic tibi fors Sophia fausta recludit opes.*

*Exerce*

Exerce Logicen, & disce refellere falsa  
Hujus ope: in cunctis artibus usus erit.  
Nam labyrinthæ cum nectit fraude Sophista,  
Et Sphynxis doctâ cum razione dolos:  
Judicium præstat Logice, methodumq; docendi,  
Et fraus quam duplex nectit arena, perit.  
Primitijs exstabit honos: collatio præsens  
Sufficiens studij testis & auctor erit.

P. Pithigio Leobsch. Sil.

Q Uem duce Setsero sacra jura PITHIGE tueri  
Et legi leges obposuisse juvat:  
Inceptos cursus ne desere; fortiùs urge:  
Sic Astræa tuas amplificabit opes.

Petro Cunrado Stendal. Med. Stud.

P E T R E, Machaonijs qui flores artibus, ecquid  
Interdum ingenuis tempora danda jocis?  
Quod sumus experti lati satis hisce diebus,  
Sparsisti lepidos queis sine felle saleis.  
Munificam laudo mentem candore refertam:  
Hac mens Phæbicolæ candida, PETRE, decet.

Ad Iacobum de Bruck Angermündt dictum,  
Tarnov. Sil. LL. & Poëf. Stud.

Bz

Duz

**D**Vm Tibi Apollo favet, dum triplex gratia: nomē  
Quare Musa tua non tua fingit Hera?  
Metra Venus teneri dicet tibi mater amoris,  
Non illa effrenis conscia nequitia:  
Qualis Bilbicum vexavit amore Poëtam,  
Nasonemq;, pareis qui docuere facis.  
Casta Venus castis dat carmina casta Poëtis,  
In quibus illuvies non tenet ulla locum.  
Quos imiteris, & illorum deliria vites,  
Casta etiam innumeris quæis odiosa Venus.  
Scilicet hæc studio stimulos calcariaq; addit:  
Augeat hinc venam Nympha, JACOBE, tuam.  
Sic te casta suis adscribet Musa Poëtis,  
Et tuus æternum carmine vivet amor.

In Eclogam Paulli Cragij Regiom. March. S.  
Poës. Stud.

**P**Laudite mortales, mirandi conscia partus  
Alma reportat à purpura luce nitet:  
Quâ fuit humani jungens sibi corporis artus,  
Natus ab innubtâ virgine matre DEUS.  
Figite jam vates dilectis oscula cunis:  
In quibus est suboles vera reposta DEI.  
Hanc pastoralis lucem celebrare Camena  
Congaudet CRAGII, quam manet amplius honor.  
Vingene quando cantat cunabula Christi,  
Qui secum vexit munera viva polis.

Grandi-

omē  
Grandibus adsurgit numeris, & diuite luxu  
Verborum, vatū qualia cætus amat.  
Ad cuius cantūs formosa Najades undis  
Exsultant, voltu candida Chloris haeret.  
Sacra Pales, Dryades ludunt, & agrestis Oreas,  
Ducit & ingenuos Gratia blanda choros.  
Tempus erit, quando teneros eantabit amores,  
Martis & instabiles sollicitasq; viceis.  
Si tot munificos praberet terra patronos  
Marchia, quot vates, herclè beata foret.  
Tu tamen intere à pergæ conscribere versus:  
Te manet in viridi polcra Corolla Crago.

Ad Amicum.

Victura est aliquid virtutis quærere honores,  
Et verum viva carpere laudis iter.  
Mentibus addit honos stimulos, ut ad alta pe-  
Et jungant famæ nobilitate genus. (nitrent,  
Ignis ut adsidue gliscit crescitq; movendo,  
Et vicina brevi tempore busta rapit:  
Sic hominum menteis inflammat adorea laudis,  
Hoc ambire decus mens generosa solet.  
Hanc ego quasi vi laudem, virtutis honores:  
Hic me post cineres floridus ornet honos.

Ad Vinesilaum Persium Oderberg. Sil. LL.  
& Poës. Stud.

B 3

Tu

di-

**T**V quoq; dum veris tibi vernat amabilis aetas,  
Et bona fata sinunt, & vigor ille finit,  
Doribus ingenij, polcrum tibi finge puellam,  
Nobilis exemplo **VINCE SILAE** meo.  
Hanc quoq; blandifono decanta carmine Divam,  
Vnde odor ambrosius defluat atq; liquor.  
Optima, queis Venus est in versu, carmina fine  
Si Regi vatum credimus **HESSE** tibi. (gunt,  
Scilicet Idalijs gens ignibus obvia vatum,  
Quos vis naturæ liberioris agit.  
**I**ngenij stimulos Cypridos quia fortius ista  
Tela movent: nostro junctus adesto choro.  
**MARTINVS** famam Saganensibus auxit amando:  
Nobile Silesiæ Tu tibi lumen eris.

In puellulam quamdam Maledicam.

**Q**uadam Me Mala Virgo criminatur,  
Profundens lacrimas **AMARiores!**  
Causam scire cohors volebat ira:  
**I**nfans sive puellula est vocata  
A me, nomine digna vix puella!  
Hæc res perpetuam creavit iram,  
Progignens odium **Vatinianum!**  
Res, me judice, lacrumatione hæc  
Digna est, sed potius meris cachinnis!

De I. V. Poëta obscæno.

Argutus



*Arguas propter res & tersissima verba,  
A doctis poteris forte Poëta legi.  
Sed quoniam obscenis passim tua carmina dictis  
Feta, legant pueri non ea, digna tegi!  
Ne castos temeres stimulante libidine mores,  
Hac tibi ne redimas, pura juventa cave.*

*In F, Poëtam furiosum & maledicentis.  
Qui tua metra legit, furias certare videbit:  
Non ope Pieridum fingis, at Eumenidum!  
Nempe regit calamum maledicti Reëtor Averni!  
Heu quanta est capiti pœna futura tuo!*

*Ad Quendam P.*

*Quem laudo, laudo: quem taxo, taxo merëtem:  
Non animus duplex effluit ore meo.  
Frigida cum calidis ex uno efflare palato  
Te melius didicit nemo, bilinguis homo es!  
Pagina laudavit tua quem, reprehendere sœvit  
Hunc eadem: laudis mos habet iste nihil.  
Irritas alios dum deridesq; Poëtas,  
Paucaq; pol proprio carmina Marte facis:  
Condolet Aönidum tibi grex, vatunq; corona,  
Pro vate & malit dicere te fatuum!*

*A L I V D.*


*Quod à CAESARE Laureatus olim  
Sis, jactas toties gutture vaniloquo:  
Non est, qui dubitet Poëta: credo.  
Non artem, titulum sed dedit ipse tibi! The-*


THEODORICI RODETIDICHI, WER-  
benatis Palæomarchici ædis divæ virginis Stendaliæ  
Diaconi, in Nobilissimi & illustris viri, Dn. Barpto-  
lemæi Bilovij à Bilovv, Comitæ Palatini, Equitis auri,  
Civis Romani, Philosophi & Poëtæ nobilis  
Cæsarij adfinis & amici sui integerrimi  
tesseram.


*Spes mea Christus erit, durum Patientia vin-  
cet, Meditatio.*

*P*ixide qua clausâ fundo desedit in imo  
Diva potens astris pectora fida ligat,  
Ut sperent quondam victrices cernere Lauros,  
Quas digitis summâ texuit arce Deus.  
Quis furor est tristes Mundi renuisse labores,  
Multaq; tranquillo pectore dura pati?  
Cum maneant tales ditissima premia, nulla  
Quæ sors in terris eripuisse potest.  
Non ferrum, non ignis edax, non rivus aquarum,  
Non tineæ morsus, nulla putredo potest.  
Unica Spes uni certo fundamine Christo  
Nixa facit quævis tristia ferre solo.  
Ergo Bilovi cum sit tibi fixa salutis  
Ancora, fer molli tristia quæq; sinu.  
Aspera ceu terras superas, sic victor abibis,  
Atq; poli certus gaudia mille feres.












Ja 2400

ULB Halle

3

003 919 226




Sb.


WMT

ma









B.I.G.

Farbkarte #13

73  
B A R P T O L E  
M Æ I B I L O V I I  
E P I G R A M M A T V M  
LIBELLUS XXV. 1573

Ad Cl. V. Barptolemæum Bilovium à Bilov. Com. Palat. amicū integerr.

*Corporis exigui cum sis, vir & ipse pusillus,  
Non tamen ingenio, Barptolomæe, cares.  
Atticus est in te lepos hic, ut dextra Tibulli,  
Levæq; Virgilij sis maneasq; manus.  
Ergo tuum nomen dum Phæbus luce nitebit,  
Lucidius curret docta per ora virum.  
Nam qui de claris claro fulgore Poetis  
Differit, hic nunquam luce carere potest.*

Guilielmus Bockelius M. D. Veteris  
Marchiæ Physicus.

AD EVNDEM DN. COMITEM BILOVIVM.

**M**ulta loqui paucis, apte argute atq; rotunde,  
Varis opus, Facis hoc esq; Poeta Bilov.  
*Thom. Nivend. Eccles. Metropol. Magd.  
Canonicus Lector P. L. N. P.*

MAGDEBURGI,  
Typis Andreae Dunckeri.

ANNO M. DC. II.

A. V.

